



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Coniicitur in carcerem. 80

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

uissimè reperit, neque rem esse
 neq; vocem, quàm notare censu-
 ra posset. 82 Eius tamè experiūdi
 causa, aliquid purgandis suspi-
 cionibus concessum est; vt in car-
 cerem postea datus, ipsos duos &
 quadraginta dies detineretur.
 Quod magna ille quidem alacri-
 tate tolerabat, vt qui innoxium
 se ipse sciret; dudumque appetiis-
 set, Christo suum olim in vincen-
 dis iniurijs amorem approbare.
 At multi tamen erant, haud infi-
 mo loco viri, qui suam illi ope-
 ram gratificaturos ostendebant;
 prompti si qua cuperet, vinculis
 eum liberare. Quibus id ille per-
 missurum se audacter negabat;
 neq; si suam procurare causam,
 aut pro se aduocare vellent, con-
 cessurum: nullo patrono indige-
 re eum existimans, quem iudex
 animus absoluisset: tum etiam,
 quòd à magistratu doceri cupie-
 bat,

ba
 se
 ce
 Vi
 Ig
 se
 la
 sto
 fe
 na
 ste
 ma
 eta
 ce
 in
 Io
 nu
 do
 cu
 ne
 pri
 mi
 spe
 ho

bat, an quâ fortè inscius deerrasset: facilis sequi, si ad meliora duceretur. 81 Caussa diu ampliata, Vicarius denique innocentem **IGNATIVM** renunciat, ac publica sententiâ aduersus calumniam lata, simul illum sociosque è custodia educit. Humano iudice defensam innocentiam, mox tribunal etiam cæleste vindicauit. Postea enim quàm de carcere exijt, mandatum **IGNATIO** est; vt abiecta vestis insolentia, habitu cum ceteris communi vteretur. Atque in eam rem datû negotium cuidâ **Ioanni Lucenæ** viro ad hoc genus officia cõsuefacto, qui vestiendo **IGNATIO**, de quæsita stipe pecuniâ cõficeret. Verû vltus ita venerat, vt ambobus ad eedes quasdâ primarias delatis, magna vis hominum se ostenderet, qui ad pilæ spectaculum intendebant. 82 Ibi homo nobilis (nomen adscribere

D

par: